

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7685

Auteur(s) : Guillaume Chevalier [particulier]

Bénéficiaire(s) : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1246

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Chevalier vend à Guillaume de Chiray, pour cent sous tournois, une rente annuelle de douze sous, monnaie du Perche, à prendre sur trois terres situées dans la paroisse de Saint-Aubin de Courteraie.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, A. « De redditibus denariorum in Corboneto et Francia », n° LXVII (« Carta Willelmi Chevalier »), p. 48-49.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Willelmus dictus Miles et Richoudis uxor ejus, salutem in Domino. Noveritis quod nos, de assensu et voluntate heredum nostrorum, vendidimus et concessimus Willelmo de Chiray et ejus heredibus, pro centum solidis turonensium nobis integre persolutis, duodecim solidos annui redditus communis monete patrie ; et eos dicto Willelmo et ejus heredibus assignavimus super tres pecias terre nostre sitas in parrochia Sancti Albini de Curtahaaria: una quarum abotat superius groe Roberti Yrpelin et inferius terre Halberti Menier, et acostat ex una parte chemino quo itur de Sancto Albino apud Sanctum Stephanum et ex altera parte terre Willelmi Borrel ; et secunda terre pecia sita in prato de Insula, et tercia abotat campo Ivonis de Broleto ex una parte et ex altera campo defuncti Willelmi Lebelais, et acostat ex una parte campo Willelmi Thomas et ex altera parte ruis quibus itur de Sancto Albino apud Mauritaniam, per manum nostram et heredum nostrorum ad festum Sancti Albini ad domum dicti Willelmi in Corboneto annuatim habendos et in perpetuum eidem Willelmo vel ejus mandato possidendos de omnibus rebus ad nos et heredes nostros et ad quoscumque alios quoquomodo pertinentibus liberos et quietos ; ita tamen quod si nos et heredes nostri in solutione dicti redditus termino annotato aliquando defecerimus, dictus Willelmus et heredes sui vel ejus mandatum [habens], absque contradictione nostra et heredum nostrorum et absque reclamacione aliqua, omnia predicta libere et quiete et pacifice de omnibus rebus, ad nos et heredes nostros pertinentibus, in perpetuum possidebunt. Ad hec autem que in presenti pagina continentur firmiter tenenda et fideliter observanda, et contra omnes dicto Willelmo et ejus heredibus vel ejus mandato garantizanda nos obligavimus, prestitis corporaliter sacramentis, et heredes nostros volumus penitus obligari per presentes litteras, etc..... Anno gracia M° CC° XL° sexto.